





1775
DISPUTATIO JURIDICA,

Quam
In Illustri CHRISTIAN-ALBERTINA

Universitate,

DE

SINGULARIBUS

QUIBUSDAM

OBSTAGII

JURIBUS,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CONSULTISSIMI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI,

DN. SAMUELIS REYHERI, JC.

Codicis & Mathematicum Superiorum

ac Inferiorum Professoris Publici.

Defendet

JOHANN CHRISTOPH de WARENDORFF.

Nobil. Holsat.

Die XVII. Maji anno c1s 1000. horis antemeridianis

In Auditorio Majori.

K I L I Æ,

Typis Bartholdi Reutheri, Academ. Typogr.

437



REVERENDISSIMO atque SERENISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,
DN. CHRISTIANO
AVGVSTO,
EPISCOPO LUBECENSI,
HEREDI NORWAGIÆ,
ADMINISTRATORI
ET
DUCI SLESWIGÆ, HOLSATIÆ
STORMARIÆ ET DITHMAR-
SIÆ, COMITI IN OLDENBORG
ET DELMENHORST,
PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

RE-

REVERENDISSIME DOMINE
EPISCOPE,

SERENISSIME DUX & ADMINISTRATOR
DVCATVVM SLESWIGÆ & HOLSATIÆ, ETC.

PRINCEPS AC DOMINE
CLEMENTISSIME!



Rimitias has Academicas,
quas absolutô nunc bien-
nio in hac illustri Univer-
sitate Christian-Albertina, publici
juris facere volui, Nemini alii,
quam Reverendissimæ Tuæ Sere-
nitati, utpote venerandi mei Parē-
tis, meiq; Episcopo ac Domino Cle-
mentissimo dedicare debui. Mate-
ria siquidem hujus Disputationis

)(2

huic

huic Ducatui ferme soli hodie propria, prolixiorē desiderasset explanationem, sed quia plures alii eandem modo incidenter, modo expresse, & quidē satis cumulate tractarunt, in hac disputatione illius singularia solummodo quædā jura colligere, & doctioribus examinanda proponere volui; simulq; rationem studiorū meorum Tuæ Serenitati reddere constitui: Imprimis autem studiis Mathematicis incubui, deinde quoque Juri operam dedi, dum ejus Historiam audivi, differentias quoque Juris Naturæ Gentium & Civilis didici, Naturalia igitur jura esse immutabilia, reliqua verò variis obnoxia esse mutationibus. Præterea duplex Jus Gen-

Gentium dari, nempe Generale
& Speciale, quorum illud imme-
diate Jus Naturæ sequitur, & post
protoplastorum lapsum introdu-
ctum, ex eoque contractus ortos
esse; Hoc vero, speciale, nempe Ju-
ri Civili posterius esse. Prius enim
Civitates condi, Magistratus crea-
ri, & leges scribi debuerunt, ante-
quam bella orirentur, ex quo ca-
ptivitates, servitutes, manumif-
siones, Jura postliminii, & alia ad
Jus Feciale pertinentia orta sunt.
His Juris quoque adjunxi elemen-
ta, ubi de Personis, Rebus atq; acti-
onibus agitur. Insuper alia curiosa,
nempe Mathematica, Politica & Hi-
storica, imo Theologica adjunxi,
ne tempus inutiliter consumsis-

) 3

fe



se viderer. Denique Deum T.O.M.
qui haectenus Reverendissimam
vestram Serenitatem tutatus est,
veneror, ut porro Vestram Sere-
nitatem, cum Serenissima Conju-
ge, Serenissimisque Filio Principe,
& Filiabus Clementissime tueatur,
Consiliis vestris Patriæ salutaribus
benedicat; ita animitus vovet

REVERENDISSIMÆ SERENITATIS
VESTRÆ.

Kilia Hofatorum
a. d. XIIX. Klendas
Junias anni cto lcccix.

*Humillimus & subjectissimus
servus*

JOHANNES CRISTOPHORUS
de WARENDORFF.

DISPUTATIO JURIDICA
DE

Singularibus quibusdam Ob-
stagii Juribus.

§. 1.



Os hoc loco de obstagii Juribus ex pro-
fesso non acturi sumus, utpote de
quibus alii prolixè egerunt, sed so-
lummodo de singularibus quibusdam
ejus juribus, aliàs fortè non occurren-
tibus, hìc agemus.

§. 2.

Obstagii obligationem in Italia & Germania ma-
xime frequentem & usitatam fuisse, inter alia videre
est, ex Jafone in *L. Rogasti. n. 10. ff. si cert. petat.* & Pa-
normitano in *Cap. Ex rescripto. X. de Jure jur.* Mindano
in *Consul. Saxon. Lib. 1. quest. 43.*

§. 3.

Antiquissimum obstagii exemplum occurrit I-
Reg. 2. v. 39. & seq. ubi Rex Salomo aliquem filiorum
Jemini, nomine Simei, citavit, eique, quod crimen
Majestatis commiserat, præcepit, ut Hierosolymis æ-
dificium exstrueret, ibique perpetuo habitaret, nec
unquam inde recederet: quam sententiam Simei ap-
probavit, seseque ad obstagium servandum obligavit.
Cumque huic pacto contraveniret merito mortis, pœ-
na affectus est.

A

§. 4.

§. 4.

Obstagium est pactum contractui, præcipue mutuo adjectum, quo quis se obligat, ad dandum vel faciendum aliquid, sub hac Lege, ut in certo loco se sistat, nec ex eo recedat, antequam creditori, vel ei, cui quid promisit, satisfactum sit.

§. 5.

Alii ita definiunt: Obstagium est conventio quædam jurata, vel aliter data fide confirmata, de sistendo, nec recedendo ex loco certo, donec conventis satisfiat. Ita definit Antonius de Butrio in c. *Ex rescripto* n. 10. X. de *Jure Jur.* Ludovicus Gilhausen Arbore Iudic. C. 10. de *Pocess. execut.* §. 9.

§. 6.

Diximus obstagium esse pactum Contractui, & præcipue mutuo adjectum, quia non tantum in contractu mutui, sed etiam in aliis contractibus, imo delictis locum habere potest, e. g. quando quis se sub pacto obstagii obligat ad extractionem epitaphii.

§. 7.

Pactum hoc videtur esse illicitum, quia simile est speciei servitutis, juxta Dylum in *L. Titio centum* 71. §. 2. ff. de *condit. & demonstr.* Caspar Batias in tractatu de *Inope debitore creditori addicendo* c. 1. n. 13. Præterea etiam simile est quodammodo privato carceri. Privati autem carceres sub gravi pœna prohibiti sunt, *L. unic. Cod. de privat. curc. inbib.*

§. 8.

Sed respondetur illum, qui obstagium servat, retinere libertatem, quamvis propter suum pactum illâ uti non possit. Detinetur enim non in causam servitutis,

tutis, aut alicujus ministerii, sed ut liber homo, cui sua libertas in nullo alio constringitur, quam in non recedendo à loco, ad quem se obligavit. August. Berous, *Consil.* 159. n. 16. v. 3. Bartol. in *Extravag. de Pace Constantia in glossa verbi damni* Joh. Andreas Dornspenger *Syntagm. Jur. Lib. 3. C. 20.*

§. 9.

Obstagium etiam non esse privatum carcerem, quia Magistratus auctoritate constituitur, nec etiam Constitutionibus Imperii adversatur, unde sapius in Camera approbatum est, *Gailius lib. 2. observat. 65.*

§. 10.

Formulam Fidejussorum promittentium obstagium exprimit Gilhausen *allegato Cap. 10.*

Et nos Fidejussores omnes & singuli pro nobis, heredibus, & successoribus nostris spondemus, quatenus principalis ad præfixum diem non solverit Creditori, nos ipsos facturos esse solutionem, de sorte, usuris, & omni interesse: qua in re si morosos etiam nos esse contigerit, damus ei licentiam, utendi paratâ executione, vel propria auctoritate, vel mediante judicis officio in nostra bona, eaque occupandi & possidendi pro arbitrio, absque omni impedimento, vel requirendi nos omnes & singulos pro obstagio, pro casu, ad omnem requisitionem creditoris, ejusque heredum, vel cujuscunque bonæ fidei possessoris harum literarum, sive oretenus illa fiat, sive in scriptis, omnes & singuli cum tot equis & servis ingrediemur hospitium publicum ejus civitatis, quod & quam nobis

A 2

bis

bis ipse pro obſtagio determinaverit, & ibi tenebimus legitimum obſtagium, & jura obſtagii ſervabimus, prout ab antiquo fieri conſuevit, inde non reſſuri, donec creditori, ejusque heredibus, aut bonæ fidei poſſeſſoribus hujus obligationis tam de ſorte, quam etiam de uſuris, ac omni intereſſe plene ſit ſatisfactum.

Hanc formulam ex Matthia Colero, & quidem c. 8. de *Proceſſ. Execut.* ſe deſumpſiſſe dicit.

ſ. II.

Formulam obligationis cameræ, in Romana curia uſitatæ, deſcribit Anton. Maſſa Galleſius in *Tractatu ſuo ad Formulam Cameralem*, (ex quo ſolummodo ad noſtrum ſcopum facientia hæc allegamus.)

Gratis & ſpontè nomine dicti Epilcopi offeritis dare promittitis & donatis pro communi ſervitio dicti Domini veſtri, Cameræ, Papæ & Reverendiſſimorum Cardinalium, Romanæ Eccleſiæ, videlicet tot Florenorum auri de Camera boni & legitimi ponderis, & quinque ſervitia conſueta; Item recognoscitis eiſdem Cameræ & Collegio familiaribus & officialibus omnes illas pecuniarum ſummas, in quibus Eccleſia obligata reperietur. Quos quidem florenos cum quinque ſervitiis, & recognitis ſupra dictis, dicto nomine promittitis reddere & ſolvere realiter, & cum effectu in Romana curia, ubicunque fuerit. Quod ſi dictis loco & terminis dictam florenorum ſummam & quinque ſervitia conſueta & recognita ſupra dicta, ipſe Dominus Epilcopus non ſolvat, ut eſt dictum; Promittitis dicto nomine, quod Dominus Epi-

Episcopus ipse personaliter veniet ad Romanam curiam intra quatuor menses, post elapsos terminos hujusmodi, vel alterum eorundem immediate sequentem, & coram Dominis Camerariis, sive eorum successoribus, aut deputatis ab eis, personaliter comparabit: & quod de ipsa curia non recedet, donec per eam fuerit de prædictis integraliter satisfactum.

§. 12.

Aliam formulam ex Speculatore adducit, & quidem Tit. de Renunciat. & Concluf. v. fin. per hæc verba:

Ultimò nota illud, quod in Romana Curia frequentatur. Nam aliquo Prælato sive alio mutuam pecuniam accipiente, fit super hoc contractu publicum Infrumentum: postmodum verò contrahentes accedunt aliquem Auditorem, coram quo creditor petit, sibi satisfieri de debito, prout in ipso instrumento continetur, & is, qui recipit mutuam, confitetur id coram eo, supponens se Jurisdictioni ipsius, ita, quod in instituto tempore non solverit, in eam sententiam excommunicationis ferat, & taliter procedat, prout conventum fuerit inter partes.

§. 13.

Sed missis ejusmodi formulis alienis, suppedi-
tabimus aliquam formulam Principalis debitoris & Fidejussorum ejus, quæ anno 1600. obligationi inserta fuit.

So haben wir Principal und Bürgen sampt und
sonders/ vor uns und unsere Erben Ihm (Creditori) freye
Macht und Gewalt gegeben/ auff den Fall unserer nicht
Haltung/ und sampt und sonders/ oder auch die Unsrigen

A 3

an

an denen Oehrtern/ da wir möchten angetroffen werden/ eigenes Gewalts/ der Obrigkeit unerfücht/ in einer öffentlichen ehrlichen Herberge zubekümmern/ bis Er und seine mit beschriebene befriediget und bezahlet worden: Wie wir uns denn auch sampt und sonders für unsere Erben hie mit verpflichten/ daß wir als denn/ und auff beschriebene Bekümmierung nicht wollen/ noch unsere mit beschriebene sollen aus solcher Herberge Tages oder Nachtes einiger gestalt weichen/ es geschehe dann mit des Gläubigers oder seiner mit beschriebenen Wissen und Willen. Da aber auch dieses zu lange zu warten/ bis wir sämtlich oder zum Theil in einer Herberge angetroffen wären/ dem Gläubiger oder seiner Mitbeschriebenen beschwerlich oder nicht gelegen sein würde/ so haben wir auch sampt und sonders/ vor uns und unsere Erben/ gegen den Gläubiger und seine mitbeschriebene uns verpflichtet. Thun das Krafft dieses in der allerbesten Form und Maass und gestalt/ wie solches zu recht und nach Gebrauch am kräftigsten oder beständigsten geschehen kan oder mag. Daß wir in dem Fall/ da der Principal, oder wir Bürgen/ mit Entrichtung der Haupt-Summa, Zinsen und Schaden/ säumig oder niederfällig würden/ auf ersteres Gläubigers oder seiner mitbeschriebenen Annahmung/ sampt und sonders/ einer auf den andern nicht warten/ noch sich damit entschuldigen/ ein jeder selbst eignen Leibes/ einem Keyßigen Knecht und Jungen/ nebst 3. reyhigen leistungsbahren Pferden zu Berden/ Hildesheim oder Braunschweig/ in einer ehrl. Herberg/ welche uns von dem Gläubiger oder mitbeschriebenen möchte benannt werden/ einreiten/ und alda ein rittermäßiges adeliches Einlager/

ger/wie solches von alters hergebracht/und bis auf heutige
Stund in diesen Landen in kuntbahren Gebrauch ge-
blieben und noch ist/ halten und leisten; Ausdemselbigen
auch weder Tags noch Nachts nicht weichen wollen/ es
sey dann der Gläubiger/ oder seine mitbeschriebene gänzlich
befriediget und bezahlet; oder dafes sonst mit seinem
des Gläubigers und mitbeschriebenen guten wissen und
Willen geschehe.

§. 14.

Alia formula, qua Reinholdus Krockau, qui
ab Ottone Flemming anno 1568. decies mille Florenos
Pomeranicos mutuos accepit, se una cum fidejussori-
bus suis ad obstagium obligavit, nobis suppeditatur
his verbis: So wollen wir vorgeschriebene Bürgen/ vor
uns und unsere Erben/ Sachwaltige und selbst schuldige
seyn: Wollen auch einjeder vor sich selbst/wo wir derohal-
ben von Otto Flemming und seinen Erben mit Boten o-
der Briefen in unserer Behausung oder Gegenwartigkeit
ersuchet werde/von Stund an in eigner Person mit zwey
Reyßigen Pferden und einem Knecht unverzügl. ohne ei-
nigerley Ausrede oder Behelf stracks auf die erste Forde-
rung in die Stadt Alten Stettin / oder wo es Otto Flem-
ming/ oder seinen Erben im Lande zu Pommern gefällig/
in eine eheliche Herberg einreiten / und halten wie Einla-
gers Recht und Gebrauch und Gewohnheit ist; scheiden
von da weder Tag noch Nacht nicht aus/sonder die Gebre-
chen darum wir in Einlager gekommen seyn / den ersilich
ohne einig Behelf dem vorgeandten Otto Flemming
und seinen Erben gänzlich und alles erfüllet / auch danck-
bahrlich entrichtet und wol bezahlet/ohne alle sein und set-
ner

ner Erben Hinder und Schaden/ den ersten Pfennig mit dem letzten bezahlet.

§. 15.

Cum etiam olim interdum debitoribus eorumque Fidejussoribus loca extra Imperium adsignarentur, ut ibi obstagium servarent, ideo a Carolo V. in Ordinatione Politica, Augustæ Vindelicorum anno 1548. promulgata, sub gravi poena interdictum, debitores eorumque Fidejussores extra Imperium ablegare. Ita enim scriptum est: So auch ein Güld-Verschreibung auff Bürgen in Leistung zu mahnen/ gestellet wäre oder würde/ wollen wir hiemit geordnet haben/ daß dieselbige Verschreibung nicht aus dem Heil. Reich teutscher Nation veräußert/ noch der Verkäufer/ oder die Bürgen/ so dem Reiche unterworfen/ daraus eingemahnet werden sollen.

§. 16.

Rudolphus II. Imperator in Ordinatione politica Francofurti 1577. promulgata ejusmodi obligationes sub obstagio penitus abrogavit, sub tit. 17. his verbis; So wollen wir hiemit die Leistung (obstagium) in künftigen Schuld- und Güld-Verschreibung einzuverleiben/ gänzlich verbotthen haben/ da auch einige Verschreibung gleichwohl hinfürderst darauff gestellet würde/ soll dieselbige Leistung/ als nunmehr Jure publico verbotthen/ an Ihr selbst nichtig/ und demnach kein Bürge noch Schuldner zu leisten/ noch auch den Wirthen/ da auff ihn mit der That geleistet würde/ etwas zu bezahlen verbunden seyn.

OBSTAGII JURIBUS

§. 17. Sed inventâ lege, inventa est fraus Nam, quamvis Imperator hunc abusum abrogaverit, & severe interdixerit, aliqui tamen huic ipsis concessio beneficio renunciarunt, his verbis: Ob wol in denen gemeinen beschriebenen Rechten/ als auch des Heil. Römischen Reichs Abschieden die Obstagia und Leistungen verbotzen/ so thun wir uns doch solches Rechten und Reichs Abschieden austrücklich hiermit begeben. Tabor *Dissert. de Obstagio*, cum tamen juri publico & prohibitivo renunciari non possit, arg. l. 3. *C. de Legib.* Andreas Dalerus *de Renunciat. cap. 9. n. 1.* Dn. Sam. Stryke *de cautel. contract. necess. Sect. 2. cap. 1. §. 37.*

§. 18. Cæterum in Jure Saxonico etiam aliquid de obstagio constitutum est, nempe si quis certo die pecuniam solvere, vel in obstagium se conferre promisit, creditor autem destinato tempore abest, tunc debitor ad solvendum paratus à pacto obstagii liberatur: ita enim in Speculo Saxonico *Lib. 2. artic. 11.* scriptum est. Wenn man aber Gold oder Silber geloten soll / wartet er (creditor) zu den rechten Tag der Bezahlung nicht / oder annimt sie auch nicht / er verläuft darum sein Geld nicht / den Tag der Bezahlung hat er aber verlohren / damit hätte er (Debitor) auch jenen gelobet / davor einzureiten / er ist des Einreitens ledig / aber nicht des Geldes / noch der Schuld / davor er einreiten soll.

§. 19. Propter maximum obstagii abusum ab Electore Saxoniz AUGUSTO glorios. memor. obstagium plane abolitum, ejusque loco carcer publicus (ein Schuldthurm) institutus est, his verbis: Wir wollen auch

B

auch

auch das Einreiten und Leisten in den Herbergen / dadurch den nichtes anders/denn Schaden und Schulde/ und sonst viel unrechtes verursacht / und dem Gläubiger derentwegen desto weniger Bezahlung folget / gänzlich verbohten haben / und Schaden/ Zehrung und Unkosten halben / so aus den Leistungen und Einreitungen künstlicher Verschreibung entstehen / keine Exsecution und Hülffe thun und leisten lassen. Carpzov. *Part. 2. Constit. 22. definit. 30.*

§. 20. *Mindanus Consultat. Saxon. lib. 1. quest. 43. n. 3.* tale consilium suppeditat : als wäre es auch nützlich / solche instrumenta (obstagnalia) als improba & contra bonos mores, bey Straffe zu verbieten / und wo sie geschehen / nichtig und kraftlos zu erklären / secundum Legem. §. *Cod. de Legib. cap. Non est obligatorium de Reg. Jur. in 6.*

§. 21. *Tantus enim erat abusus, ut helluationibus & potationibus totum tempus consumerent, tradente Daniele Müllero. Lib. 3. Semestr. Cap. 30. n. 7.* qui se ipsum vidisse testatur, in aliquo hospitio publico, ubi aliqui erant in obstagio, in eo conclavi, in quo habitabant, vitra vino & cerevisia plena supra mensam suspensa, ne quis scilicet forte ingrediens, uti agebant, contra legem conditionis, vinum & cerevisiam defuisse, causaretur, vid. *Arnoldus de Reyger in Thesauro Juris, voce obstagium.*

§. 22. *Cum etiam in instrumento Pacis Monasteriensis & Osnabrugensis anno 1648. ratione debitorum in §. de indaganda. Ratio & modus, æquitati conveniens, in exigendis debitis præscriberetur, in*
fine

sine hæc verba ponuntur: *Sed hæc omnia Holsatiæ constitutione salva & illæsa.*

§. 23. Postea in Recessu Imperii Ratisbonæ habiti de anno 1654. cui verborenis instrumenta Pacis Cæsareo-Suecicum & Cæsareo Gallicum inserta sunt, præscriptus est modus in extorquendis debitis observandus, cui itidem annexuntur hæc verba; *Jedoch mit Special-ausnahm der Holssteinischen Constitution.*

§. 23. Henricus Hahnus, Jctus Helmstädtensis, in opusculo ad dictam §. *de indaganda*, ita scribit; Per Holsatiæ constitutionem denotatur illa, quæ anno 1604. Haderslebiæ edita, & anno 1630. Rendesburgi renovata fuit. Ut ergo debitores ad fidei observantiam arctius constringerentur, ad obstagia se obligarunt, hoc est, si promissis non steterint, promittunt se fituros in certo loco, nec inde discessuros, nisi conventa impleta fuerint; Indeque solutiones debitorum præcise fieri debent, in octavis (vel potius octiduo) Trium Regum in versura Kiliensi (Kieles Umschlag) non solventes sive morosi ad denuntiationem, ipsi a creditoribus factam, obstagia subire tenentur, nec, antequam pacto satisfactum fuerit, inde recedere possunt. Ne vero in perversum eant, certæ Leges præscriptæ sunt, quæ servandæ sunt omnino, sub jactura honoris & existimationis, quam perpetua sequitur infamia.

§. 25. Constitutio prior, Haderslebiensis nimirum a CHRISTIANO IV., Rege Daniæ, & JOHANNE ADOLPHO Duce Sleswigæ & Holsatiæ, glorios: memor altera vero, Rendsbürgensis nempe, ab eodem Rege CHRISTIANO IV. & FRIDERICO III. Sleswici & Holsatiæ

Hollatiaz Duce, glorios: memor. promulgata: sunt: in utraq sequentia constituuntur. Wegen nicht Einhaltung des Einlagers von denen / welche sich gegen die / so Ihnen ansehnliche Gelt-Summen vorgesehet / oder anderer Gestalt dazu verschrieben / gehet dieser Bescheid / daß der / oder dieselbige / so zum Einlager sich obligiret / vermagde solcher ihrer Verpflichtung alsfort und ungesäumt / auff vorgehende schriftliche / oder mündliche Einfoderung / und einmahnung des Gläubigers / oder eines andern rechtmäßigen Einhabers einer solchen Obligation, des Obrtes / welcher darin bestimmt ist / sich ins Einlager begeben soll / ungeachtet und unverhindert / anderer vorgehenden Einmahnung / auch hinwieder derselben Erlassung / woferne die Eingemahnete und nicht einhaltende ihrer Ehren und Redlichkeit Verlüstig / von männiglich nicht wollen geachtet und gescholten seyn / und von andern der Ehr- und Redlichkeit liebhabenden Gemeyn- und Gesellschaft / mit zugezogener unablässiger / auff ihnen erzfühender ewiger Infamia und Unehre / gänzlich und allerdinge ausgeschlossen werden ; Wormit als dann niemand / der sie davor hielte / gefrevelt oder unrecht gehandelt haben soll.

§. 26. Paulo post hæc habentur ; Jedoch an dem Obrt / welchen Ihm der erste Creditor bestimmt / soll er unverzüglich einhalten / seine Zehrung und Unkosten alda selber stehen / und ihm selbst schafften / und aus dem Einlager gar nicht scheiden und weichen / es sey dann / das Feners-Pestilenz- und dergleichen unermeydliche Noth und Gefahr vorstünde. Es wird aber hiemit aller alter Mißbrauch mit übermäßiger Zehrung der Einhaltenden und

und in andere Wege gänzlich abgeschaffet / und ernstlich verbotthen. Zum Fall auch etliche deren / so zum Einlaßger sich verschrieben / dessen notorischen unvermögens wären / daß Sie wegen besorgender Nichtzahlung der aufgehenden Unkosten und Zehrung / kein Wirth / der sie in seine Behausung nehmen wolle / anzutreffen. Es sollen aber die Einmahrende mehr nicht den 3. Schilling Lübsch täglich für die eingemahneten adelichen Standes Personen / andern aber ein wenigers / nach ihres Standes Gelegenheit / zu Ihrer alimentation den Wirten zu zahlen schuldig seyn.

§. 27. Præterea consuetudine receptum est, ejusmodi debitorem nullam ad declinandum obstagium exceptionem opponere posse, sed sine omni tergiversatione in locum destinatum se conferre teneri, nisi in continenti, solutionem factam esse, probare possit. Interim tamen ipsi ex loco obstagii suas exceptiones proponere integrum manet.

§. 28. Cæterum operæ præcium erit, hoc loco inferere diploma aliquod cujusdam Nobilis Westphali, *Antonii de Münchhausen*, quo debitorem cum fidejussoribus suis, quod promissis non steterunt, pessime depingit, uti ex Schemate a Clarissimo atque eruditissimo Dn. *Johanne Henrico Eggelingio*, Secretario civitatis Bremensis meritissimo, Amico & Fautore nostro honoratissimo, ante triennium nobis communicato, videre est.

§. 29. Diplomatis verba hæc sunt. Zum Doch-
lücktigen / Hochgeboren Fürsten unde Heren / Wolge-
boren unde Eddelen / Eraven / Prelaten, Ridderfchop/

B 3.

Mane

Manschop / Bögeden / Börgeren unde Buren. Unde
 vögen alle den yennen / den düsse Bress vorlämpft / de
 ohne seen / hören edder Lesen / wat gebort / unde Sta-
 tes se sint / Geistlick edder Weltlick / Entbede ick Ednics
 von Münnichhusen / mynen bereden fründtliken willigen
 Denst unde Groth / einem ydern na synes states gebör.
 Geve inw alle ynt sampt yn klagende tho erkennen / wat
 mathen my yn tiden vorleden de eerlosen vertruwelden
 menedigen Boven / Züschers unde Bedregers / van Ju-
 das des Vorreders Beslechte / yn der wegen vorrueffelt /
 Herr Johann Freydach tho Sünste Eucharies Prowest /
 Herr Yven van Sesterfete Dom-Here tho Bremen /
 Claves van Werppe / Dirick van Landesberge / Dirick
 Freydach / Claves van Langen / Hinrick Hasselhorst /
 Tonies Fryese unde Johan von Kampen. Unde in
 einem andern Bresse / Jörgen van Mangerfen unde
 Arnt Fryese / vor ein dusent Gilden sulvest schuldig /
 unde de my gelöfste unde vorsegeling hebben gedan / vor
 den Edlen unde Wolgeboren / Herrn Jost Craven thor
 Hoya unde Brockhusen etc. Vor ein dusent Gilden Hvet-
 Summen / nastendige Lynse unde geleden Schaden / de
 ick yn den hilligen Ostern vorgangen schulde gehat hebben /
 na lude Segele unde Bresse daraver gegeben / up dat hö-
 geste geredet unde gelavet / unde my der Löfste unde Vor-
 segelung / ohne gelimpe / eere unde Redelicheit / ganz
 unde gar vorgheten / apenbarliken eerloß / trunwloß unde
 menedig geworden / sodane unlöfste Hende nenen fro-
 men Erbarn mennem ys van dhren Vordldern angear-
 vet / Hedden se ock der andacht unde Meinung tho der Tidt
 gewesen / do se my de gelöfste unde Vorsegeling deden /
 my

also ungelöblichen darmede tho bedrogen / scholden se dhe
 valsche bedrechliche Segel nicht an mynen Bress gehan-
 gen / sunder ener schdrueden Ackermeren / under dem
 Sterte up de Bott gedrucket hebben / unde mit dem
 Terte herna stott / dar hedde ydt also up mine halje beter
 stede gehat / denne were ick darmede unbedrogen geble-
 ven / unde so bößlich nicht mede bedrogen worden / dat
 ick vor allen fromen Lüden wil apenbaren / unde vor
 dhne ene Werninge don / dhren gelöbften unde vorsege-
 lungen neuen geloven tho gevende / yn dem se unbedra-
 gen willen bliuen / Na dhrer handlung mynes bedün-
 ckens se van nener guden Gebort herkomen synd / sün-
 der van ener schdrueden schinnigen Ackermeren / van
 den schümen dar de gemege hefft / unde van Judas Ges-
 flecht yn der wegen verweßelt / van den blode dar
 Cain uth gespraten ys / van der tungen des vorgifftigen
 Dracken / van dem Sterte des vorgifftigen Lintwormes /
 van dem adem einer Schlangen / van den ogen eines
 Baselißten / van seichen einer quaden Boggen / unde
 van den water dar Pilatus de hende yune gewaschen
 hefft. Se synt ock gelick unde nach veel gröter unde erger
 alsse Dathan / Nero / unde Abbran / gewest synd / Deve
 unde Borreders plecht me na dhren vordenste tho
 richten / den einen an den Galgen / den andern upen Rath /
 So ick nu de Macht auer düsse benömeden nicht enhebbe /
 gedencke ick den Mahler tho bruckende / se an Galgen
 unde up Rade malen lathen / darby mit schendlichen Ge-
 dichten unde Schandeschriften / yn allen untemeliken
 steden / alsse Horhüse / Kake unde Bödelhe / unde der-
 geliken lathen anslan / de sülvn solcker mathen tho
 vor-

tho vorschemenel so ick dat schendlickest erdencken kan/
 unde gelert mach werden / darmede ick nicht dencke tho
 schwigen noch tho gedulden / ick hebbe den düsse boven
 bendinuden geüdrert / öhren geldßften unde Borsege-
 lungen genoch unde fülle gedan / ynholdt. öherer Borse-
 gelinge / Düsse vbrigen alle noch bidde ick / mine G. S.
 Junckern unde guden fründe / underdanich / denßlich
 unde fründtlich / unde samptlich ho dat beste willen don /
 unde de vorberbrden vor my willen anherden unde
 underwisen / yfft se noch öhre gelimpe unde redlichkeit
 wolden betrachten / unde my sunder lenger vertoch yn
 der Stat Mynden / yn eine gemene ersame Herberge öh-
 ne benömpft Irriben / Lesten unde holden / also dar en
 wöntlich ynleger / yn mathen se dat tho dönde höchlichen
 geredet unde gelavet hebben / wo vorberörret / dem vör-
 tho komen / vnde mach dar jemandes anherdinge unde
 underwisinge angeneten / byn ick alle tidd plichtich umme
 einen ybern na gnade synes states willich tho vordenen un-
 de tho vorschulden geneget. Datum under mynem Pitzer
 Sondage na Jacobi. Anno 1536.

§. 27. Olim in Holsatia nostra quoque Debito-
 res, qui in Obstagio mortui sunt, honesta sepulturâ
 privati sunt; cujusmodi exemplum supiori securo in
 pago quodam Slesvvicensi *Gettorp* dicto occurrit,
 ubi nobilis quidam, ex Suevorum familia oriundus,
 stillicidio templi suppositus fuit, itaque corpus
 ipsius diuturnitate temporis non corruptum, sed spon-
 giosum acquisivit habitum, unde saepe a lascivis pue-
 ris ex capulo extractus, & instar militis excubias agen-
 tis,

tes, erectus fuit. Tandem v. corpus ejus Serenissimi juffu feptultum eft.

§. 28. Coronidis loco aliquos auctores qui de obftagio fcripferunt, notabimus.

OTTO TABOR, integrum tractatum de *Obftagio*.

JOHANNES STRAUCH, Difputationem de *Obftagio* ediderunt.

ARNOLDVS de REYGER & AHASVERVS FRITSCH in Thesauro Juris fub voce *Obftagii*, multa de hac materia collegerunt.

ALBERICVS de ROSATE in Dictionario fuo fub voce *obfides*.

ANTONIUS HERING in tractatu de Fidejufforibus.

ANDREAS GAILIUS libro 2. *Obferu.* 35.

BENEDICTUS CARPZOV. Jurisprud. Forenf. part. 2. *Conftit.* 22. *defin.* 30. & 31.

Doct. SIBRAND. Difputatione de liberatione *Fidejuffionis ante folutionem*, Roftochii 1633.

JOH. ANDREAS DONNSBERGER in *Syntagmate Juris* lib. 3. *Cap.* 20.

ANTONIUS MASSA GALLESIVS in *Tractatu ad formulam Cameralis obligationis*.

CHRISTOPHORUS BESOLDUS *Thesauro practico* voce *Leiftung*.

PETRUS FRIDERICUS MINDANVS *Consult. Saxon.* Lib. 1. *queft.* 43.

LUDOV. GEHHAUSEN *Arbore Judiciaria caufar civil.* *Cap.* 10.

MATTHIAS COLERUS *processu exsecutivo* part. 1. *Cap.* 8.

C

PAU

PAULUS MATTHIAS WEHNER, *Observat. Practic. Voce Leistung.*

GEORG. SCHULTZ in *Synops. Instit. Imperial. quam edidit ADRIANVS BEYER anno 1671. lib. 4. tit. 6. pag. 1317.*

JURGA VALENTINVS WINTER in *Parthenio litigioso, lib. 2. Cap. 2. n. 27. & seqq.*

SAMUEL STRYK : *de Cautelis contract. Section. 2. Cap. 1. §. 39.*

JOHANN RVDINGER, *Observat. Cameral. Cent. 3. Observat. 24.*

GEORG. ADAMVS STRUVIVS *Syntagm. Juris Civ. Exercitat. 47. n. 41.*

ANDREAS DALNERVS, *De Renunciat. cap. 9. n. 1.*

DANIEL MULLERUS, *lib. 3. Semestr. cap. 30. n. 7.*

HENRICUS HAHNIUS in opusculo ad §. *de Indaganda.*

JOACHIMUS MYNSINGER *centur. 6. observ. 82.*

MATTHIAS BERLICH *part. 2 Concluf. 28. n. 50.*

ERNESTUS COTHMANN *Volum. 1. Resp. 9. Vol. III. Resp. 26. Vol. IV. Resp. 22. n. 39 sqq. Resp. 28. n. 9*

JOH. KOPP. *Decision. lib. 1. quest. 3.*

WILHELM ANTON FREUDENBERG *de Rescript. morat. tit. 5. Concluf. 7. n. 10.*

GUIDO PAPA *Decision. 61. n. 2.*

CASPAR MANZ ; in *Patrocinio debitorum de pauperatorum. Item*


BALTHASAR *Tom. 3. variarum resolution. 1. n. 39. & seqq. Sufficiant hæc hoc tempore.*

ULB Halle
003 742 709

3



TA → OL ^f
nur 1+21 Stück rechnung pff





1775

DISPUTATIO JURIDICA,
Quam
 In Illustri CHRISTIAN-ALBERTINA
Universitate,
 DE
 SINGULARIBUS
 QUIBUSDAM
OBSTAGII
 JURIBUS,
 SUB PRÆSIDIO
VIRI CONSULTISSIMI, NOBILISSIMI & AMPLISSIMI,
 DN. SAMUELIS REYHERI, JC.
 Codicis & Mathematicum Superiorum
 ac Inferiorum Professoris Publici.
Defendet
 JOHANN CHRISTOPH de WARENDORFF.
 Nobil. Holsat.
 Die XVII. Maji anno clō Iccix. horis antemeridianis
 In Auditorio Majori.

1709/71 18

437

